et f c super c b, aliter enī duæ rectæ lineæ clauderent superficiem. Ea propter erunt oēs anguli relatiui, hoc est, æquis lateribus contenti inter se æquales per octauam conceptionem. Nam sibi inuicem superpositi prorsus congruūt ac quadrāt.

QVARTA PROPOSITIO.

Trianguli æquicruri, qui supra basim sunt anguli, sibi inuicem æquales sunt. Quòd si latera æqualia protrahantur, anguli quoq; sub basi erunt æquales.





Sit triangulus a b c, cuius latus a b sit æquale lateri a c. Dico angnlum a b c esse æqualem angulo a c b. Nam super basim b c in alterā partem construatur triangulus siue æquilaterus siue æqcrurus, idq; per primā propositionē huius capitis qui sit b d c, & puncta a d iungantur linea recta, quæ secet basim in pūcto f. Intelligo itaq; duos triangulos a b d & a c d, quorum latera unius sunt æqualia lateribus alterius. Est enī a b æquale a c per hypothesī, b d uero æquale ipsi c d per primam huius, & a d est utriq; triangulo commune, ergo per præcedentem angulus b a d est æqualis angulo c a d, quod memori serua mente. Rursus alios duos triangulos intelligo scilicet a b f, & a c f, quorum duo latera unius, sunt æqualia duobus lateribus alterius. Nam b a est æquale a c per hypothesim, et a f utriq; cōmune, anguli præterea contenti his æquis lateribus sunt æquales,

ut